



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Carolus IX. n. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

conficere. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 4. num. 86. Quo non confecto (additur num. 90.) & quintum omniumque acerrimum senatus mandatum edidit. Quidquid olim nuperue à quouis contra obiectum esset, SOCIETATEM in Regnum acciperet, vti liberè in Gallijs, quemadmodum in cæteris Orbis Christiani Regnis publicæ salutis seruiret. Exitum rei immatura sanè intempestaque mors Regis SOCIETATIS propugnatoris acerrimi æque ac amatoris abruptit.

Caroli benignitas in Societatem.

7. A CAROLO IX. Qui Lugdunum ad res eius Urbis statuendas veniens, ubi salutatus ab Edmundo Augerio nostro, non dubitavit Rex Christianissimus de susceptis pro Religione laboribus agere gratias, & ad novos incitans, Patris (qui Tuba Franciæ dicebatur) ruere in amplexum: nec solum publico Regni, sed etiam propriæ SOCIETATIS bono consulturum se perbenigne recepit. Ita Par. 2. Hist. Soc. lib. 8. num. 80. Nec dubitavit asserere Rex tantus, se vnicum IESVITARVM Collegium pluris facere, & pro Religione, & pro Regni amplificatione, quam Omnium munificentissimam totius mundi arcem: seque IESVITAS, & pro subditis fidelissimis agnoscere huiusque SOCIETATIS incrementum ad gloriam quoque, & Maiestatem Regni, & populi Galliani pertinere. Sic in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 5. cap. 10. fol. 668. ex Montan. in Apolog. pro Soc. cap. 54. Sed proh dolor! Pridie Kalendas Iunii ann. 1574. magno omnium bonorum dolore, & rei Christianæ publicæ incommodo talis ac tantus Princeps cessit è vitæ cum ad cætera in SOCIETATEM merita, nuper ei potestatem fecisset, sua quævis obeundi ministeria, Domosque etiam Professas toto Regni statuendi. Ita Par. 4. Hist. Soc. lib. 2. num. 63.

Eius Collegium munificentissimæ arcis pro Religionis amplificatione præponebat.

Societas Musarum & licium.

8. AB HENRICO IV. quem publicè ferunt coram Regni Proceribus id affirmasse, SOCIETATE è Gallijs discedente, Musas quoque illinc abiisse, cum reuertente esse reuersuras. Ita in Imag. 1. sæc. Soc. lib. 3. cap. 4. fol. 345. Et datis ad Rupellanos 15. Kalend. Octob. anni 1606. litteris verè Regijs ita pro Socijs Rex ille cognomento Magnus scribit. Experti (inquit) pluribus in Urbibus